



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 15. Gerardi Mercatoris decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

**Sæcul. XVI.** voluit, atque virtute, & eruditione  
A. C. 15 eminens, æque apud Principes, quam  
literatos ob morum suavitatem, atque  
ingenuitatem magnum sibi nomen con-  
ciliavit, scripsitque varios libellos tam  
soluta, quam ligata oratione, ac præ-  
cipue quatuor volumina annuarum lit-  
rarum Societatis Jesu, præter quoddam  
poema, cui titulus: *Quinque Societatis  
Jesu Martyres in Indiis.* Reliquit etiam  
varios sermones, & carmina, ex qui-  
bus acris ingenii ejus præstantia elucet:  
insuper funebrem orationem habuit in  
exequiis Mureti olim sui Magistri: ipse  
vero Bencius Romæ anno ætatis sue  
quinquagesimo secundo die sexta Maii  
ex hac vita migravit.

## §. XV.

*Gerardi Mercatoris decessus.*

**Thu. l. 109.** Quamvis Gerardus Mercator Geogra-  
**Val. Andre** phiæ scientiam antea valde negle-  
**in Bibl. Belg.** ctam novis suis, eruditisque inventio-  
**Melch.** nibus plurimum illustraverit, sibique  
**Adam vit.** exin magnam laudem compararit, ne-  
**Germ. Phi-** quaquam tamen in hac nostra Historia  
**los. Possev.** eidem locum vendicaremus, nisi editis  
**Bibl. select.** quibusdam Theologicis operibus hunc  
**l. 2.** honorem promeritus fuisset. Porro  
eruditus hic Vir Rupelmundæ in Belgio  
Gueldriæ Ducatus oppido natus Lovaniæ  
percurso studiorum curriculo jam ex  
primæ-

primævo naturæ beneficio ingentem ad Sæcul. XVI.  
Mathematicas disciplinas inclinationem  
in se experiebatur, quæ cum ætate  
semper crevit, hinc mappas geographi-  
cas elaborare aggrediebatur, non sine  
gravi labore, eoquod ejusmodi tabulæ  
hucusque a nemine adinventæ fuissent.  
Demum etiam postremis vitæ suæ an-  
nis Theologiæ operam navans, quæ-  
dam opuscula tanquam hujus studii  
fructum collegerat, inter quæ præci-  
pue numerari meretur Evangelistarum  
Harmonia, necnon tractatus de crea-  
tione, & constructione mundi: porro  
utrumque hunc librum scripsit idiomate  
latino, ex quibus tamen postremus tra-  
ctatus proscribebatur, eoquod ibidem  
octodecim propositiones circa peccatum  
originale cum Ecclesiæ fide pugnantes  
fuissent deprehensæ. Ceterum Mercator  
Duisburgi hoc anno, ætatis vero suæ o-  
ctogesimo secundo die vigesima octava No-  
vembris vitam cum morte commutavit

A.C. 1594

## §. XVI.

*Cornelii Bonaventuræ Bertrandi in-  
teritus.*

Hoc item anno ex Protestantibus obiit *Tha. l. 109.*  
Cornelius Bonaventura Bertrandus *Colom. Gail.*  
Thouartii nobilissimo Tremolliorum op- *Orient. p. 73.*  
pido in Pictonibus honesta Thoratiorum *Bailliet. l. c.*  
familia natus, qui Parisiis primas ope-  
ras

Gg 4

ras